

L

S A P P H U S

ODE

AD VENEREM E GRÆCO VERSA



Artifex fraudis, variisque Diva
 Sedibus gaudens, Jovis o colenda
 Maximi proles, tua posco supplex
 Numina, Sappho.

O Venus regina, animum inquietis
 Luctibus nostrum miserata solve,
 Nec sine ingenti domitam jacere,
 Alma, dolore.

Nunc ades, si umquam mea vota promptis
 Tu recepisti auribus. O vocata saepe
 Nunc adsis, Dea, nunc: mea si
 Gratia et olim

Aureis invecta rotis parentis
 Tecta liquisti, aut medio jugales
 Passeres umquam si agitasti, et olim
 Æthere, Diva

Nostro adesses tunc etiam ut labori:
 Sed cita se illi rapuere penna;
 Tu tamen ridens me, Erycina, molli
 Ore, rogasti,